

INCIPIIT EPISTOLA DECRETALIS ZEPHERINI PAPAE DE CAUSIS INFRA INSERTIS<sup>1</sup>.

[H. 1] Zepherinus Romanae urbis archiepiscopus omnibus per Siciliam constitutis episcopis<sup>2</sup> in domino salutem.

Divinae circa nos gratiae memores esse debemus, qui<sup>3</sup> nos per dignationis suae  
 5 misericordiam ob hoc ad fastigium<sup>4</sup> <sup>5</sup> sacerdotale provexit<sup>6</sup> <sup>7</sup>, ut mandatis ipsius inhaerentes<sup>8</sup>  
 et in quadam sacerdotum eius speculatione<sup>9</sup> constituti prohibeamus illicita<sup>10</sup> et sequenda  
 doceamus. Sicut stellas caeli non exstinguit nox, sic mentes fidelium inhaerentes  
 firmamento<sup>11</sup> sanctae scripturae non obscurat mundana iniquitas. Idcirco meditari vos  
 oportet<sup>12</sup> scripturas<sup>13</sup> et praecepta divina, quae in scripturis continentur, diligenter attendere,  
 10 ne transgressores legis dei, sed impletores appareatis.

[H. 2] Patriarchae<sup>14</sup> vero vel primates accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam

---

### Quellen:

4-7: *Divinae - doceamus*, init. ep. Hilar. ep. ad Acacium (H. no. 76). Cf. Fab. 25, Marcelli 1, Pelag. II. pp. ep. 3.

7f.: *Sicut - iniquitas*, Prosp. Aquit. s. 120.

11-13: *Patriarchae - testes*, c. 1. (bis) Angilr. aut Ben. I. 308. II. 398. III. 170. (interpr. c. 1. C. Th. IX. 40). Fel. I. pp. 4, Iul. 12.

### Rezeption:

4-7: *Divinae - doceamus*: Polycarpus IV,4,2,

4-10: *Divinae - appareatis*: Coll. Ans. ded. II, 123; Coll. Ans. ded. III 59.

7f.: *Sicut - iniquitas*: Gratian D. XXXVIII, c. 8.

11f.: *Patriarchae - auctoritate*: Deusdedit I,70 (s. auch 28-42).

11-13: *Patriarchae - testes*: Polycarpus I,6,6.

11-14: *Patriarchae - fuerunt*: Ivo, Pan. IV,235 (Inskription: *Felix I papa*).

11-14: *Patriarchae - praecepit*: Coll. Ans. ded. III,142; Burchard I, 154.

11-14: *primates - praecepit*: Bonizo III,60.

11-15: *Patriarchae - LXXII*: Coll. Ans. ded. I,54; Coll. Ans. ded. I,78. Sentenzen c. 84; Anselm v. Lucca III,66

Polycarpus V,5,2 (12: *apostolica*] *apostolica fuerint*; 12: *reum*] *per*; 13: *qui*] *qui nimirum testes*; 14: *eleigere praecepit*] *elegit*).

11-28 *Patriarchae - terminetur*: Ivo, Decr. V,245.

11-28: *accusatum - deferatur*: Deusdedit IV,318 (13-22: *testes - agitari* fehlt; 22: *namque - non*] *sententia*; 23: *quia - praecipiant* fehlt; 24-26: *a - vocatus* fehlt; 26f.: *per - eius* fehlt; 27: *iuste* fehlt; 28: *deferatur*] *deferatur*. *Iudices convenient, ubi sunt testes singulorum, qui oppressi sunt* [vgl. Cap. Ang. 10, S. 13,86]).

11-30: *Patriarchae - fulciatur*: Ps.-Remedius c. 40.

11-38: *Patriarchae - reliqua*: Bonizo IV,57 (12-27: *aut reum - discernatur* fehlt; 28-30: *Nec - fulciatur* fehlt; 31-34: *eius - episcoporum* fehlt).

---

<sup>1</sup> INFERTIS V630

<sup>2</sup> episcopis fehlt I83; VD38

<sup>3</sup> quae V630; I83; VD38

<sup>4</sup> am Rande ad veratatem (!) VD38

<sup>5</sup> fastigium korr. aus fastagium V630

<sup>6</sup> interlinear deduxit VD38

<sup>7</sup> pervexit I83

<sup>8</sup> interlinear sociati VD38

<sup>9</sup> am Rande visione aspectu VD38

<sup>10</sup> am Rande peccata que facere non licet VD38

<sup>11</sup> interlinear firmitatis VD38

<sup>12</sup> oportet] oportet et V630

<sup>13</sup> scriptura O93; scripturam V630; I83

<sup>14</sup> am Rande De accusatis episcopis et de LXXII testibus regulariter examinatos V630; Item de eadem re zepherinus in prima epistola ita ait VD38

proferant finitivam<sup>15</sup> <sup>16</sup>, quam apostolica fulti auctoritate aut reum seipse confiteatur aut per innocentes et<sup>17</sup> regulariter examinatos<sup>18</sup> convincatur testes, qui minori non sint numero, quam illi<sup>19</sup> discipuli fuerunt, quos dominus ad<sup>20</sup> adiumentum apostolorum eligere praecepit, id est LXXII<sup>21</sup>.

[H. 3] Detractores<sup>22</sup> quoque, qui<sup>23</sup> divina auctoritate eradicandi<sup>24</sup> sunt, et auctores<sup>25</sup> inimicorum ab episcopali submovemus<sup>26</sup> accusatione vel testimonio, nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat<sup>27</sup>. [H. 4] Neque in re dubia certa iudicetur<sup>28</sup> sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum<sup>29</sup> teneatur. Absens vero nemo iudicetur, quia et divinae et humanae hoc prohibent leges. [H. 5] Accusatores<sup>30</sup> <sup>31</sup> autem

---

### Quellen:

- 13-15: *qui - LXXII*, conc. II. Rom. sub Silv. c. 3. (Mansi 2, 623). Cf. excerpt. Silv. 2.  
 16f.: *Detractores - testimonio*. Cf. Fel. I. pp. 2, Iul. 12.  
 17f.: *nec - dispereat*, Ben. I. 397. II. 381. Cf. Fel. I. pp. 2, Iul. 12. (Clem. 33. 42, Sixt. II. pp. 8, Marcellini 3, Iul. 5, 19).  
 18f.: *Neque - sententia*, Greg. M. ep. X, 29. (2,1060). Cf. Fel. I. pp. 2, Iul. 12.  
 19: *nec - teneatur*, Greg. M. ep. XIII, 45. (2, 1251). Cf. Fel. I. pp. 2, Iul. 12.  
 19f.: *Absens - iudicetur*, Ben. I. 311. 391. II. 360. 399. (1. Rom. Visig. Pauli rec. sent. V. 5.9).  
 20f.: *Accusatores - suspicione*, Ben. I. 401. tit. Cf. Fel. I. pp. 12, Iul. 18, Fel. II. pp. 12. xii. 15.

### Rezeption:

- 16f.: *Detractores – testimonio*: GratianC. III, q. 4, c. 10).  
 16-18: *Detractores – dispereat*: Coll. Ans. ded. III,49; Coll. Ans. ded. III,94.  
 16-19: *Detractores – teneatur*: Anselm v. Lucca III,35 (Inskription: *Eiusdem* [= Eusebius]; 16: *auctores*] *fautores*).  
 17f.: *summorum – impetatur*: Gratian C. II, q. 7, c. 11 (18: *accusationibus*] *accusationibus non*).  
 17-20: *summorum – leges*: Sentenzen c. 66 (18: *accusationibus*] *accusationibus non*); Anselm v. Lucca III,58 (18: *accusationibus*] *accusationibus non*); Polycarpus V,1,12 (18: *accusationibus*] *accusationibus non*).  
 18f.: *Neque – teneatur*: Coll. Ans. ded. III,191.  
 19f.: *Absens – leges*: Coll. Ans. ded. III,185; Gratian C. III, q. 8, c. 1 (s. auch 20-28) (20: *hoc – leges*] *leges hoc prohibent*); Gratian C. III, q. 9, c. 13 (19: *vero* fehlt).  
 19-23: *Absens – praecipunt*: Regino II,306 (19: *Absens – nemo*] *Nemo absens*; 20: *et divinae* fehlt; 20-22: *Accusatores – agitari* fehlt; 22: *eorum*] *eorum, id est accusatorum*); Burchard XVI,13 (19: *Absens – nemo*] *Nemo absens*; 20: *et divinae* fehlt; 20-22: *Accusatores – agitari* fehlt; 22: *eorum*] *eorum, id est accusatorum*).  
 20-27: *Accusatores – discernatur*: Coll. Ans. ded. III,103.  
 20-28: *Accusatores – terminetur*: Gratian C. III, q. 8, c. 1 (s. auch 19f.).

---

<sup>15</sup> *interlinear* finem habentem VD38

<sup>16</sup> finitivam *korr. aus* finitivam V630

<sup>17</sup> aut VD38

<sup>18</sup> *interlinear* inquisitos VD38

<sup>19</sup> illi] illi septuaginta duo I83

<sup>20</sup> ad adiumentum *korr. aus* adiumentum V630

<sup>21</sup> LXXIII I83

<sup>22</sup> *am Rande* detractores episcoporum O93; *am Rande* De detractoribus episcoporum N442; *am Rande* De detractionibus episcoporum I83

<sup>23</sup> qui *fehlt* VD38

<sup>24</sup> *interlinear* destruendi VD38

<sup>25</sup> fautores N442

<sup>26</sup> *interlinear* repellimus VD38

<sup>27</sup> disperat O93; desperet V630; disperdat I83

<sup>28</sup> iudicentur I83

<sup>29</sup> *interlinear* factum VD38

<sup>30</sup> Accusator O93; N442; I83

<sup>31</sup> Accusator autem *korr. aus* Accusator O93; Accusator I83

eorum omni careant<sup>32</sup> suspicione, quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, non<sup>33</sup> a quibuslibet<sup>34</sup> agitari. Nullum<sup>35</sup> namque eorum sententia non<sup>36</sup> a<sup>37</sup> suo iudice dicta constringat, quia et leges saeculi id ipsum fieri praecipunt.

25 Duodecim<sup>38</sup> <sup>39</sup> enim iudices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur, nec prius audiatur aut excommunicetur vel iudicetur, quam ipsi per<sup>40</sup> se eligantur et regulariter vocatus ad suorum primo conventum<sup>41</sup> episcoporum per eos eius causa iuste audiatur et rationabiliter discernatur.

[H. 6] Finis vero eius causae ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea finiatur<sup>42</sup>, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam eius 30 auctoritate fulciatur<sup>43</sup>. Ad eam<sup>44</sup> quoque ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum est et concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur et a suis oppressionibus releventur, quia non potest nec debet mater oblivisci filium suum.

### Quellen:

21f.: *quia - agitari* sec. conc. Par. a. 829. lib. I. c. 4. aut Ben. I. 315. Cf. Anacl. 20, Sixt. II. pp. 4, Iul. 18, Fel. IV. pp. ep. 1, Pelag. II. pp. ep. 3.

22f.: *Nullum - constringat*, Ben. III. 347 aut c. 37 Angilr. (c. 2 C. Th IV. 16). Cf. Fab. 29, Euseb. 17. Iul. 18, Sixt. III. pp. ep.

24: *Duodecim - iudices*, c. 12. conc. Carth. (D.) aut Ben. II. 307. Cf. Anacl. 15.

32f.: *quia - suum*, Ies. XLIX. 15.

### Rezeption:

22-30: *Nullum – fulciatur*: Anselm v. Lucca II,37 (*namque eorum*] *episcoporum*).

24-27: *Duodecim - discernatur*: Coll. Ans. ded. III,126 (24: *Duodecim*] *Episcopos*).

24-30: *Deuodecim – fulciatur*: Sentenzen c. 97 (29: *sicut – est* fehlt); Anselm v. Lucca III,41 (29: *sicut – est* fehlt); Polycarpus V,5,3 (25: *vel iudicetur* fehlt; 29: *sicut – est* fehlt); Gratian C. V, q. 4, c. 2 (29: *sicut – est* fehlt).

28-38: *Finis – causae*: Coll. Ans. ded. I,16.

28-42: *Finis – reliqua*: Deusdedit I,70 (s. auch 11f.; ) (28-30 *Nec – fulciatur* fehlt; 31-34: *eius – episcoporum* fehlt).

30-34: *Ad – suum*: Gratian C. II, q. 6, c. 8 (30: *eam quoque*] *Romanam ecclesiam*

30-38: *Ad – caelis*: Sentenzen c. 3 (30: *eam quoque*] *Romanam ecclesiam*; 35: *sicut – statuerunt* fehlt); Anselm. v.

Lucca II,6 (30: *eam quoque*] *Romanam ecclesiam*; 35: *sicut – statuerunt* fehlt).

<sup>32</sup> careat *korr. aus* careant N442; careat I83

<sup>33</sup> non a] nam O93

<sup>34</sup> quibusdam I83

<sup>35</sup> am Rande Quot iudices episcopum iudicare debeant I83

<sup>36</sup> non fehlt V630

<sup>37</sup> a fehlt VD38

<sup>38</sup> am Rande XII iudices quilibet episcopus accusatus si necesse fuerit eligat V630

<sup>39</sup> Christi N442; VD38

<sup>40</sup> per se fehlt V630

<sup>41</sup> conventu I83

<sup>42</sup> finietur I83

<sup>43</sup> am Rande firmetur VD38

<sup>44</sup> ea O93

Iudicia enim episcoporum maioresque ecclesiae causae a<sup>45</sup> sede apostolica et non ab alia,  
 35 sicut apostoli et<sup>46</sup> sancti successores eorum cum aliis episcopis statuerunt, sunt  
 terminandae<sup>47</sup>, quia, licet in alios transferatur<sup>48</sup> episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum  
 est: Quaecumque ligaveris super terram, erunt<sup>49</sup> ligata et in caelis, et quaecumque solveris  
 super terram, erunt soluta et in caelis, et reliqua.

Privilegia, quae soli huic sanctae sedi concessa sunt et in constitutis apostolorum  
 40 eorumque<sup>50</sup> successorum aliis quamplurimis cum eis concinnantibus<sup>51</sup> habentur inserta<sup>52</sup>.  
 Sexaginta<sup>53</sup> <sup>54</sup> enim apostoli sententias praefixerunt<sup>55</sup> cum aliis quamplurimis episcopis et  
 servandas<sup>56</sup> censuerunt<sup>57</sup>.

[H. 7] De occultis enim cordis alieni temere<sup>58</sup> iudicare peccatum est, et<sup>59</sup> eum, cuius non  
 videntur<sup>60</sup> opera nisi<sup>61</sup> bona<sup>62</sup>, iniquum est ex suspitione reprehendere, cum eorum, quae  
 45 hominibus sunt incognita, solus deus iudex sit. Ipse vero<sup>63</sup> novit<sup>64</sup> abscondita cordis et non  
 alius.

---

### Quellen:

34-36: *Iudicia - terminandae* sec. Innoc. I. ep. ad Vict. Rothom. c. 3. (H. no. 7.) aut Ben. II. 381. III. 109. Cf. Anacl. 17, 34. Gai. 7. Marcelli 2. Iul. 5. Vigil. 7. Pelag. II. pp. ep. 1.  
 37f: *Quaecumque ligaveris - caelis*, Matth. XVI. 19.  
 43-45: *De - sit*, Prosp. Aquit. s. 21. Cf. Sixt. II. pp. 7, Euseb. 10, Ioann. I. pp. ep. 1.  
 45: *ipse - cordis*, Ps. XLIII. 22.  
 47f.: *Servum - litigare*, II Timoth. 11.24.

### Rezeption:

39-42: *Privilegia - censuerunt*: Polycarpus III,20,10 (41: *Sexaginta*] *Quinquaginta*).  
 41f.: *Sexaginta - censuerunt*: Ivo, Pan. II,105 (42: *censuerunt*] *censuerunt*. Athanasius Alexandrinus Marco papae  
*Silvestri successori*); Gratian D XVI, c. 2 (*praefixerunt*] *praescripserunt*).  
 43-48: *De - damnare*: Coll. Ans. ded. I,32.

---

<sup>45</sup> a *fehlt* O93; VD38

<sup>46</sup> et sancti successores eorum cum aliis episcopis statuerunt, sunt terminandae] apostoli et sancti successores eorum cum aliis episcopis statuerunt, sunt terminanda *korr. aus* et minanda V630

<sup>47</sup> terminandae *korr. aus* minandae O93

<sup>48</sup> transferatur *korr. aus* transferator V630

<sup>49</sup> erunt *korr. zu* erit VD38

<sup>50</sup> que VD38

<sup>51</sup> *am Rande* consentientibus VD38

<sup>52</sup> *interlinear* iniuncta VD38

<sup>53</sup> *am Rande* Mentio canonum apostolorum N442

<sup>54</sup> LXXta I83

<sup>55</sup> *interlinear* firmaverunt VD38

<sup>56</sup> servanda V630; I83

<sup>57</sup> *interlinear* statuerunt VD38

<sup>58</sup> *am Rande* presumptione VD38

<sup>59</sup> et *fehlt* VD38

<sup>60</sup> videntur *korr. aus* videtur VD38

<sup>61</sup> si I83

<sup>62</sup> bona] bona sint I83

<sup>63</sup> enim I83

<sup>64</sup> novit] novit solus I83

Iniusta enim iudicia ab omnibus cavenda sunt, maxime tamen a servis dei<sup>65</sup>. Servum<sup>66</sup> autem dei non oportet litigare<sup>67</sup> nec quemquam damnare.

[H. 8] Episcopi namque a plebibus<sup>68</sup> et clero<sup>69</sup> et domini a servis ferendi sunt, ut sub  
50 exercitatione tolerantiae<sup>70</sup> sustineantur temporalia, sperentur aeterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis.

[H. 9] Satagendum<sup>71</sup> vobis<sup>72</sup> est, ne aliquis fratrum vestrorum<sup>73</sup> graviter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis et liberare eos de manu persequentium, ut cum beato Iob dicatis: Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum. Iustitia<sup>74</sup>  
55 indutus sum, et vestivi<sup>75</sup> me sicut vestimento et diademate<sup>76</sup> iudicio meo. Oculus<sup>77</sup> fui caeco, et pes claudio. Pater eram<sup>78</sup> pauperum et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam<sup>79</sup> molas iniqui et de<sup>80</sup> dentibus eorum auferebam praedam, et reliqua.

Vos ergo, qui in speculo<sup>81</sup> a domino estis positi, comprimere et repellere eos summopere<sup>82</sup>  
60 debetis<sup>83</sup>, qui fratribus insidias praeparant aut in eos seditiones et scandala excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen deum. Ideo<sup>84</sup> hos repellere<sup>85</sup> et ab his vos

---

### Quellen:

49-51: *Episcopi - religionis*, Prosp. Aquit. s. 34. Cf. Pelag. II. p. ep. 3.

54-57: *Benedictio - praedam*, Iob. XXIX. 13-17.

59: *Vos - positi*, Coelest. I. ep. ad episc. per Vienn. pr. (H. no. 34). Cf. Clem. 56, Alex. 15, Ant. 8, Fab. 11, Fel. II. pp. 10.

60f.: *Facile - deum*, Xysti Pyth. s. 176. Cf. Alex. 18, Ant. 8, Com. 6, Melc. 5.

61-63: *Ideo - oriatur* sec. conc. Later. 649. secr. II. (Mansi 10, 902). Cf. Ant. 8, Fel. II. pp. 10, ep. Fel. ad Greg.

### Rezeption:

49-51: *Episcopi – religionis*: Coll. Ans. ded. I,33.

---

<sup>65</sup> domini N442

<sup>66</sup> Servus VD38

<sup>67</sup> am Rande contendere rixam VD38

<sup>68</sup> plebimus I83

<sup>69</sup> celo VD38

<sup>70</sup> interlinear petientie VD38

<sup>71</sup> interlinear Satis agendum VD38

<sup>72</sup> vobis est] est vobis V630

<sup>73</sup> nostrorum I83

<sup>74</sup> Iustitia indutus sum fehlt I83; VD38

<sup>75</sup> vestivit V630; I83

<sup>76</sup> interlinear corona VD38

<sup>77</sup> oculus korr. aus oculis VD38

<sup>78</sup> eram korr. aus eram claudio VD38

<sup>79</sup> Conterebam korr. aus Conte V630

<sup>80</sup> de fehlt V630

<sup>81</sup> periculo VD38

<sup>82</sup> am Rande summo studio VD38

<sup>83</sup> debeat VD38

<sup>84</sup> Ideo] Id est I83

<sup>85</sup> repellere korr. aus pellere V630

cavere oportet, quatenus extincto<sup>86</sup> funditus<sup>87</sup> huiusmodi caligine<sup>88</sup> lucifer<sup>89</sup> eis<sup>90</sup> resplendeat et laetitia oriatur<sup>91</sup>, sanctissimi fratres. Data XII<sup>92</sup> Kal. Octobris Saturnino et Gallicano<sup>93</sup> vv. cc. conss.

---

**Quellen:**

63f.: Not. cons. desumt. ex c. 1. vit. Zeph. in libr. pontif.

---

<sup>86</sup> extincta N442; I83; extincta korr. aus exincta VD38

<sup>87</sup> am Rande radicitus VD38

<sup>88</sup> am Rande erroris obscuritate VD38

<sup>89</sup> am Rande gratia dei VD38

<sup>90</sup> nos N442

<sup>91</sup> orietur O93; V630

<sup>92</sup> XI O93

<sup>93</sup> callicano VD38